

1541 19 aprilis

201

Ferdinandus Romanorum Hungaricæ &  
Bohemie Rex Carolo V. Imperatori Romano  
rum Fratri suo. — 44  
Venerabilissime etc. Instetit apud Nos magno studio  
vnicus Princeps Dñs Sigismundus Rex Polonie, Fra-  
ter & affinis noster charissimus iudicio Oratoris sui  
ad mitem & dilectionem vram destinate, ut quouiam  
ante aliquot annos Illis Marchio Brandeburgens  
proscriptus esset a iudicio Camera Imp. et pro ea pro-  
scriptione redimenda que Rex Polonie tam apud Mitem  
& dilectionem vram quam apud Nos multoties iam  
esset sed tamen causa ipsa semper in Comitiorum  
tempus rejecta fuisset. Vellemus tamen id negotij apud  
Mitem & dilectionem vram promovere. Ratione enim ipsa-  
rum terrarum huiusmodi satis iam Christiani sangui-  
nis profusum esset, et eam ob causam pro ipsius  
voto terminando, non solum commodum oei Chri-  
stiane proceheretur, verum provideretur per id ne-  
quid ex inde Damni et incommodi ad utriusq; vram  
Liberos perveniret. Cum itaq; Nos pro Christiani Prin-  
cipis officio, effusionem Christiani Sanguinis pro-  
cavere maximopere semper cupiamus, et preterea  
quocumq; Imo Rege Polonie tot et tam strictis re-  
cipitudinibus et sanguinis vinculis obstructi sumus,  
Deo ut Imo Princeps Dñs Sigismundus II. Rex Po-  
lonie

non alius sit quam Filius M<sup>o</sup> facile existimamus ad Nos quoque  
cum S<sup>mo</sup> Rege Pol. pertinere ut omnib; ijs et modis pro M<sup>o</sup>  
Paterno affectu provideamus, ne communes utriusq; M<sup>o</sup> Li-  
beris aliquid detrimendi sustinere cogent. Quod procul dubio fieret  
si aliquis in Terris Prusie et amos strepitu excitaret. Quam-  
obrem Nos Paterno erga illos Liberos affectu ducti pre-  
terquam quod etiam S<sup>mo</sup> Rege Polonia in penes  
semper gratificari, aliosq; votes quoad rationes M<sup>o</sup>  
patiuntur satisfacere cum primis optamus M<sup>o</sup> et  
Dilectionem M<sup>o</sup> etiam atq; etiam rogamus velit  
prefatum S<sup>mo</sup> Regis Poloniae Oratorem pro solita  
sua clementia benigne non solum audire sed etiam  
in ipso negotio Prusie charissimos communes  
Liberos M<sup>o</sup> concernente, ita se exhibere, ut nullo  
periculoso negotio implicentur, sed revocata quan-  
tum fieri potest proscriptio illa, quietem et tran-  
quillitatem in Terra Prusie ad eos aliquando  
proventura, consequatur. Quod quidem si M<sup>o</sup>  
V. efficiet, sicuti etiam pro suo erga Nos Liberosq;  
M<sup>o</sup> amore esse facturam valde confidimus  
rem nobis cum omnium gratissimam faciet,  
tum etiam pro presenti rerum Marium statu  
valde utilem et proficuum, sicuti M<sup>o</sup> et di-  
lectio V<sup>ra</sup> pro sua summa prudentia per se  
facile considerare potest. Preterea et hoc a M<sup>o</sup>

et

et Dilectione Vra fraternali petimus ut in Negotijs Sma  
Dnam Regiam Bonam Sororem et Consanguineam  
Charissimam concernentibus per Nos eidem  
Mtti et Dilectioni Vrae et per Literas et per Nuntios Nros  
jam aliquoties commendatis; De quibus dem Ora-  
tor denuo apud Mttum et Dilectionem Vram trac-  
tare in mandatis habet, se se ita gerere dignetur  
ut ipsa Sma Dna Regina plane cognoscat com-  
mendationes Nras sibi apud Mttum et Dilectionem  
Vram multum profuisse, in quo nobis Mttas et  
Dilectio V. rem similiter gratissimam faciet er-  
ga se omni fraternali Diligentia studio una cu  
ipsa Sma Dna Regina promerendam. Ceterum  
Mttum et Dilectionem Vram quam diutissime  
et felicissime valere, imperareq; optamus. Nos  
fraternali ipsius amore et benevolentia commen-  
dantes. Datum Vlnae 11. Aprilis Anno Do-  
mini 1541 —

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*